



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

elucidatio 20 ca. postq[uam] a[u]t[em] cessauit tumultus ar. 20

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

¶ Expositio capituli vicesimi. Postquam autem cessauit tumultus, vocatis ad se Paulus.

Articulus vicesimus.

Postquam autem cessauit tumultus in capitulo precedenti descriptus, conuocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, ut vsque in finem in fide & sanctitate perseuerarent, valedixit & profectus est ab Ephe-so, ut iret in Macedoniam, causa admonendi ibidem discipulos. Cum autem perambulasset partes illas, scilicet Macedoniam & vicinas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit Græciam, scilicet quædam Græcię partem, & ut in Scholastica historia dicitur, venit Athenas. Vbi cum fecisset, id est fructuose expendisset, menses tres, aliorum conuersioni & confortationi insistens, factę sunt illi insidię a Iudæis incredulis, nauigaturo in Syriam, versus Hierusalem, habuitque consilium, ut reuerteretur per Macedoniam, ad euadendum insidias, & ne spoliaretur elemosynis, seu collectis, quas detulit secum versus Hierusalem. An vero insidias illas agnouerit ab homine, aut ex reuelatione superna, ambigitur. Consequenter exprimuntur in textu qui ambulauerunt cum Paulo. Comitatus est autem eum Sospiter Berœensis, id est de vrbe Berœa, &c. Hi cum præcessissent, iuxta Pauli commissione, sustinuerunt, id est expectauerunt, nos, scilicet Paulum & existentes cum eo, quorum & vnus ego fui Troade, id est in vrbe sic dicta, de qua dictum est supra. Nos vero nauigantes post dies azymorum, id est post solemnitatem paschalem, in qua Iudæi azymis panibus vescantur, a Philippis, ciuitate Macedoniae, ventimus ad eos Troadem in diebus quibus, vbi morati sumus diebus septem, ad consolationem & informationem credentium, qui ibi degebant. Vna autem sabbati, id est prima die post sabbatum, seu prima die hebdomadę, puta die dñica, scilicet secundam Bedam, cum conuenissemus ad frangendum panem, id est.

IN ACT. APOS. EXEG.

ad sacra mysteria celebranda, secundum eundem. Unde supra dictum est, quod perseverabant in communicatione fractionis panis. Vel ad frangendum panem, pro corporis refectioe, & ita in Scholastica historia explanatur, cum dicitur. Vna sabbati cum cenaremus [Paulus disputabat cum eis.] de Evangelica veritate conferendo ac predicando in Troade, profecturus in crastinum.] Deo ante suum recessum voluit eos diligenter instruere [protraxitque sermonem usque in mediam noctem.] In quo feruor eius ostenditur zelusque animarum. Erant autem lampades copiose in cenaculo ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutyclus super fenestram, cum mergeretur graui somno [id est, ab exterioribus reduceretur ad intima sicut qui mergitur, & rationis iam vsu priuaretur; obdormiendo [disputante diu Paulo, ductus somno] cui non restitit victus sopore [cecidit de tertio cenaculo deorsum, & sublatus, oblatu] [id est, presentatus [est] omnibus [mortuus. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum] sequens in hoc Heliam & Heliseum quorum primus tertius secundus septies super defunctum incubuit. Paulus vero semel duntaxat, moxque impetrauit quod petiit, in quo eius excellentia declaratur [et complexus] defunctum ex amore & compassione [dixit. Nolite turbari.] iam enim certus fuit Apostolus, se exaudiendum pro pueri suscitatione, ideo addit. [Anima enim ipsius est in eo] [id est, tam prope est ut susciteretur, ut per idem sit, quasi nunc viueret, sic de homine agonizante mox morituro dicimus. Mortuus homo est. Ascendens autem] ad cenaculum tertium in quo ante disputauit [frangensque panem & gustans, satisque alloquutus eos usque ad lucem, profectus est. Adduxerunt autem puerum viuentem, & consolati sunt] non minime. [Opportune deo disponente inter verba predicationis occurrit occasio curationis tam miraculose, ut ostensione prodigij, confirmaretur predicatio Pauli, arctiusque infingeretur mentibus discipulorum]

memoria boni magistri ab eis mox discessuri. Innotescit quoque ex his sollicitudo & feruor Apostoli pro proximorum salute. Nam profecturus in crastinum totam noctem duxit insomnem, prædicationi intendens, vsque ad mediam noctem, & tunc iuvene suscitato, & modico cibo sumpto sermonem resumpsit ac continuauit vsque auroram, sicque recessit. ¶ Nos autem ascendentes nauem, nauigauimus in Asson, inde suscepturi paulum. Sic enim disposuera ipse, per terram iter facturum. ¶ Itaque comites & discipulos suos præmisit in Asson, ut ibi præstolarentur eius aduentum, qui forte volebat in terris intermedijs, aliquibus loqui verbum dei. Porro Asson est ciuitas Asiæ maritima. ¶ Cum autem inuenisset nos in Asson, assumpto eo venimus Mitylenem ¶ quæ vrbs est in Iesbo Egæi maris insula ¶ & inde nauigantes sequenti die venimus contra Chium ¶ quæ item est insula Egæi maris, habens ad orientem Lydiam Asiæ prouinciam ¶ & alia die applicuimus Samum ¶ Samos etiam est insula in Egæo mari, in qua traduntur vasa fictilia primo inuenta, & vasa Samia appellata sunt. Vnde in Esaiâ habetur, Testa de Samo, & cætera. Est autem insula ipsa Epheso appositâ, & vicina Andro, ¶ & sequenti die venimus Miletum ¶ ciuitatem Asiæ maritimam. ¶ proposuerat enim paulus transnauigare Ephesum, id est, non accedere eam quamuis prope eam nauigaret ¶ ne qua illi mora fieret in Asia ¶ minori, cuius Ephesus vna metropolis erat, nempe Iontæ Asiæ prouinctæ. Ideo si accessisset ad eam non tam cito dimississent eum discipuli Ephesij. ¶ Festinabat enim si possibile sibi esset, ut diem Pentecosten faceret, id est, celebraret ¶ Hierosolymis ¶ potissime quia in eo datus fuit spiritus sanctus. Illa quoque celebritas sollemnis fuit, propter legis dationem, cuius præcepta decalogi manent in Euangelio Saluatoris. ¶ A Mileto autem mittens Ephesum, vocauit maiores natu ecclesiæ ¶ Ephesinæ ¶ quæ cum venissent ad eum & simul essent ¶ in Mileto ¶ dixit eis. Vos scitis a prima die quæ

Esaiæ 45.

1. Cor. 16.

IN ACTA APOS. EXEG.

Eccle. 3.

ingressus sum in Asiam] gratia prædicandi] quæ
per omne tempus vobiscum fuerim, seruiens domino
cum oī humilitate] iuxta illud . Quāto maior es, hu-
milia te in omnibus] & māsuētudine] quæ tam decet
prælatos, quam indecens eis est ira] & lachrymis mul-
tis] quibus vestra peccata deplanxi, gratiam vobis po-
stulaui, ad patriam aspiravi] & tentationibus] id est
persequutionibus] quæ mihi acciderunt ex insidijs Iu-
dæorum, quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium]
id est, non omisi vobis communicare, ea quæ animarum
profunt, expediuntque saluti, Nilq; de vestris substantijs
seu facultatibus ad boni vtilis speciem pertinentibus ab-
stuli vobis, quacumque industria mihi talia colligendo
] quo minus ānunciarem vobis] quæ salutem vestram
concernunt] & docerem vos publice, & p̄ domos] sci-
licet, in priuato] testificans Iudæis atq; gentilibus in
deum pœnitentiam] id est, agendam esse pœnitentiam
perducentem ad deum, seu per diuinam clementiam .

yoann. 10.

Hæc aliqui prælatorum subtrahunt subditis ex auari-
cia palpando eorum peccata, ne eis offensis temporale
damnum incurrant, qui non sunt veri pastores, nec di-
gni appellatione prælati] & fidem in dominum no-
strum Iesum Christum] id est fidem catholicam tenden-
tem in Christū, & secundum eius doctrinā se habentem
] Et ecce nūc alligat⁹ ego spū] id est, spiritu s̄cto me
ad id astringente ac impellente] vado in Hierusalem,
quæ in ea mihi ventura sunt ignorans, nisi quod spiri-
tus sanctus per omnes cinitates protestatur mihi] id
est, in congregationibus Christianis per varias vrbes
diffusis, sunt aliqui spiritu prophetico ornati, per quos
spiritus sanctus mihi insinuat] dicens, quoniam vincu-
la & tribulationes me manent] id est, expectant in Hie-
rosolymis, sicque certus sum reuelatione illorum, qđ
ibidem ligabor, captusque tenebor ac tribulabor. Qui
bus verbis ostendit Apostolus, non sibi ipsi immediate
a spiritu s̄cto sed alijs fuisse reuelata, quæ in Hierusalē
passurus fuit aduersa, quæ admodum etiam deus p̄ Na-
thā et Gad pphetas multa reuelauit sancto Dauid de

2.Reg. 12

prio suo statu, cui immediate multa alia reuelauit, de mysterijs Christi, & statu ecclesie. **L** sed nihil horum verior. **I. i.** aduersa, p Christo pati non timeo, nec eos qui corpus occidunt formido qui iam ad terminum paciencie gradum culmenque deueni, vt in omni tribulatione later ex animo, & incoccussus mente permaneo **L** nec facio animam meam. **I. i.** vitam corporalem ac sensitiuam **L** preciosiore quam me totum, seu quo ad id quod sum secundum interioriorem superioremque hominem, puta superiorem anime partem, videlicet, intellectuam. Intellectus enim dicit homo, dicente philosopho, quod homo maxime est suus intellectus, iuxta modum loquendi, quo totum a parte principaliori denominatur. Itaque vitam corporalem pro nihilo ducit, qui in futuro querit vitam aeternam. Ideo subditur. **L** Dummodo consumam cursum meum. **I** id est, peregrinationem & conuersationem meam ad finem felicem perducam **L** & ministerium verbi. **I** id est, officium predicandi **L** quae accipi a domino Iesu testificari videl. **I** id est, cum protestatione & maxima affirmatione pronunciare **L** Euangelium gratiae dei. **I** quia in Euangelio Christi, gratia dei potissime commendatur, docetur, reserulget, & ipsum ex diuina pietate ac gratia hominibus est collatum. Sed & lex Euangelica gratiam confert, secundum quod sacramenta sua includit. **L** Et nunc ecce ego scio. **I** inspiratione diuina. **L** quia amplius non videbitis faciem meam. **I** in presenti vita. **L** oes vos. **I** Ephesij. **L** per quos transiit predicans verbum dei. **I** Sciebat namque Apostolus se ad illas partes amplius non venturum. **L** Quia propter contester vos hodierna die. quia mundus sum a sanguine omnium vestrum. **I** id est, si quid periculi aie icideritis, ego immunis sum. **L** Non enim subterfugi. **I** quod minus annunciam vobis omne consiliu dei. **I. i.** ea quae diuina sapientia circa humani generis redemptionem instituit & effect, precepta quae & documenta ipsius vobis notificauit, mysteria demum fidei Christianae, quae aeterno summe trinitatis consilio seu decreto pactu est, vt per vnus diuine creatae personae puta per hunc incarnationem et passionem saluatu est genus humanu. Sed cum alibi scri-

Matt. 10.

Rom. 6.

Romā. ii. p̄m sit, quis consiliarius eius fuit, & sapiētiae. 9. quis hominū poterit scire consilium dei, quō potuit Paulus omne consiliū dei annuntiare hominib⁹? Et respondendum qd non simpliciter de oī consilio dei intendit, sed de omni consilio dei, qntū ad humanā spectat salutem. Quēadmodum etiam ait Saluator. Omnia quæ audiui a p̄e meo, nota feci vob. Præterea cum in ratione consilij includat inquisitio quæ nescientiam quādam supponit, certum q̄ consilium, pprie sumptū non competit deo, sic enim est ignorātis naturę, scđm Damascenum, sed ideo deo ascribitur, q̄ nil agit improvide. ¶ Attēdite vob & vnuerso gregi ¶ Primo inquit attendite vob. i. circūspecte in omnibus vos habete, coram deo solcite ambulate, oī diligentia cor vestrū in puritate seruate, deinde similiter vestris subditis p̄estote ac p̄uideate. Charitas em̄ incipit a seip̄a. Et q̄ sibi

1. Cor. ij. neq̄ est cui bonus est? Qui aut̄ seipsum in oībus rationabiliter dirigit, alios quoque gubernare poterit esse idoneus ¶ in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos ¶ Si soli Christiani de vrbe Epheso ibi fuerunt, non erant ibi multi Episcopi, nisi episcopi pro sacerdotibus accipiantur. Vnde aliqui dicunt conuocasse Apostolum oēs maiores natu de diocēsi Ephesina, & alijs fortassis, Nam id superiorib⁹ verbis innuitur vbi ait, omnes vos, per quos transiui p̄dicans verbum dei, Neq̄ enim pertrāsuiit solā Ephesinam diocēsim ¶ regere ¶ id est, ad regendum ¶ ecclesiam dei ¶ id est, congregationem fidelium Christi. Nam hic nomine dei persona filij designatur, quia subiungitur ¶ quam acquisiuit ¶ id est, de manu inimici eripuit & sibi incorporauit ¶ sanguine suo ¶ videlicet, suę dignissimę passionis virtute ac merito. Quo vtique testimonio diuinitas Christi euidenter probatur. ¶ Ego scio quoniam intrabūt post discessionem meam ¶ corporalem a vobis ¶ lupi rapaces in vos ¶ heresiarchę, et falsi Ap̄li, dona gratiæ a fidelium mentibus rapientes ¶ non parcentes gregi ¶ sed spiritaliter eam, letaliterq̄ lædētes, diuersis erroribus et peccatis. ¶ Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes

peruersa. Id est, aliqui vestrum seu eorum qui prodibunt ex vobis a fidei sinceritate recedent, & contraria fidei atque iustitiæ affirmabunt. **L** vt abducant. **I** ab ecclesiastica vnitare. **L** post se. **I** id est, ad inhærendum eorum erroribus. **L** discipulos. **I** Hæretici enim libidine dominandi, docendi, & apparendi, suos confinxeerunt errores. De talibus in prima sua canonica ait Ioannes. In nobis erant, sed non erant ex nobis. **L** Propter quod vigilate. **I** id est, diligentes estote in custodiendo vosipsos ac subditos, iuxta illud Abacu. 2. **S**up custodiam meam stabo. **L** memoria retinentes, quoniam per triennium. **I** quo prædicauit in Asia, præsertim in Epheso. **L** nocte ac die non cessauit. **I** tempore congruo. **L** lachrymis monens vnumquemque vestrum. **I** nunc in generali nunc in speciali, & vnumquemque secundum suam capacitatem, vocationem & statum informans. **L** Et nunc commendo vos deo. **I** Etenim nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilant, qui custodiunt eam. Diuinæ igitur protectioni ac pietati omnem quem diligimus iugiter commendemus. **L** & verbo gratiæ eius. **I** id est, promissionibus diuini eloquii, quibus misericordiam suam confugientibus ad ipsum, promittit, vt illæ effectum sortiatur in vobis. Vel verbo, id est, effectui gratiæ eius. Sæpe equidem in scripturis, verbum pro facto accipitur. **L** quod potens est ædificare. **I** id est, corda virtutibus confirmare & vnum per alium ad meliora prouehere. **L** & dare hæreditatem. **I** id est, dona gloriæ in futuro. **L** in sanctificationis omnibus. **I** qui in baptismo, & in actibus virtuosus sanctificati sunt. **L** Argentum & aurum, aut vestem nullius concupiui, ipsi scitis. **I** Hoc contra pastores et prædicatores auaros, qui temporalia spiritualibus præferunt, qui lana ouium operiunt, & lacte earum reficiuntur, ipsas vero perire permittunt. **L** quoniam ad ea quæ opus mihi erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. **I** id est, proprijs manibus necessaria corpori tam mihi quam existensibus mecum, procurauit, labori manuum insistendo ne quemquam grauarem. Vnde Corinthiis scribit. In omnibus sine onere me vobis seruaui & seruabo. **L** Omnia. **I**

2. petri. 2.

1. Ioan. 1.

psal. 26.

Ioannis. 6.

Ezec. 34.

2. Cor. 11.

ad perfectionem pertinentia [ostendi vobis.] verbo & exemplo [quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos.] id est, corporaliter languidos, de labore propriarum manuum sustentare. Vel infirmos utpote imperfectos, pusillos, ad virtutes inducere. Istud est perfectionis non necessitatis, nisi in casu [ac meminisse.] mente & operis exhibitione [verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit. Beatius est magis dare quam accipere.] Hoc verum est secundum se cæteris paribus, & iuxta intentionem apostoli. Etenim cæteris paribus amplioris est meriti eleemosynam dare, quam sumere, si sumens eiusdem sit facultatis ad dandum ut ille a quo accipit. Porppter quod Beda ait. Nō illis qui relictis omnibus sequuti sunt dominum, diuites & eleemosynarios præfert, sed illos quam maxime glorificat, qui cunctis quæ possident semel renunciatis, nihilominus laborant operando manibus quod bonum est, ut habeant unde tribuant necessitatem patienti. Hinc tanquam hæretici reprobantur dicentes, quod maioris perfectionis est, diuitias proprias in sæculo erogare, quam in religione mendicare. Propter quod libro de ecclesiasticis dogmatibus dicitur. Bonum est cum dispensatione bona pauperibus erogare, sed melius est intentione sequendi Christum, totum simul donare, & absolutum a solitudine cum Christo egere. Præterea constat ex his multa esse dicta documentaque Christi, quæ nullus Euāgelistarum descripsit, quia verbum nunc allegatum in Euangelio non habetur. [Et cum hæc dixisset, positus.] id est, flexis [genibus] orauit cum omnibus illis, ut deus vniuersos misericorditer conseruaret. [Magnus autem fletus factus est omnium, & procumbentes super collum Pauli osculabantur cum dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniā amplius faciem eius non essent visuri.] Et utique ingens omnino fuit causa plorandi, & triste diuortium a tam dulci magistro, tam præclaro doctore, tam liberalissimo ac vtilissimo benefactore, tam charitatiuo & affectuosissimo patre sine reuiscendi spe separari. [Et deducebant eum]

Johan. vlt.

ad nauem iuxta quā, ualefecerunt sibi inuicem, non sine grandi dolore. q̄ ex præcordiali processit amore.

Expositio capituli uicesimi primi.

Cum autem factum est.

Articulus uicesimus primus.

Cum autem factum est ut nauigaremus, abstracti ab eis .i. ab Ephesijs illis separati. **L** recto cursu. In nauis. **L** uenimus Choum. In insulam oppositam Asiæ. & sequenti die Rhodum. In insulam clarā in Carpatio mari oppositam Lyciæ. & Pateram. **L** q̄ est ciuitas Lyciæ prouinciæ in Asia, deinde Mirream. Istud non est de textu ut dicitur, unde nec Beda nomen huius loci exponit in libello, quem de expositione nominum locorum quæ in hoc libro exprimuntur cōpilaui. **L** Cū apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam ad sinistram nauigauimus in Syriam, & uenimus Tyrum. Ibi enim nauis expositura erat onus. Ideo applicare oportuit. **L** Inuentis autem discipulis. Id est, Christianis illic manentibus, quos diligenter tanquam fratres nostros quesiuimus. **L** mansimus ibi diebus septem. Ad eorum consolationem, & nostram refocillationem. **L** Qui Paulo dicebant per spiritum ne ascenderet Hierosolymam. **L** Capitulo præcedenti dixit se Paulus a spiritu sancto agi ad eundem Hierusalem, quomodo ergo isti prophetae, per spiritum prophetiæ suaserunt oppositum? Nunquid spiritus sanctus uerbis proprijs contradicit? Ad quod respondendum, quod unum & idem secundum diuersas considerationes, suadetur & dissuadet. Aliqui quoque respondent, quod isti per spiritum sanctum nouerunt & prædixerunt Paulum si ascenderet Hierusalem ibi plura passurum. Quod uero suaserunt ne illuc ascenderet, ex suo spiritu, pia quadam compassione protulerunt. **L** Et expletis diebus septem ibamus. **L** Tyro. **L** deducentibus nos omnibus. **L** Tyrijs Christianis. **L** cum uxoribus & liberis. **L** id est, filijs. **L** suis, usque foras ciuitatem. **L** in quo patet, quantus fuerit sanctæ dilectionis ardor in primitiua ecclesia. **L** & po-

Beda